



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVIII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunschweig vereignen dem
Kloster Neuendorf das Dorf Querstedt, am 3. Mai 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

et qualitate dumtaxat percipiendam et tollendam devotis in Christo sanctimonialibus cenobii Nyendorp et suprema villarum Staaß et Borviz judicia, iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidenda et optinenda cum quiete et pace. Ut autem ista donatio perpetuo maneat illesa, expressam abrenunciationem omnium premissorum facimus pro nobis et nostris successoribus testimonia litterarum presentium super eo nostro sigillo munitarum, presentibus nobili domino Gunthero comite de Keverenberch, Conrado de Redere, Conrado de Osterburch, Bartholdo Schenken cum aliis nostris militibus fide dignis et domino Euerhardo, nostro prothonotario predilecto. Actum et datum Wolmersted, anno domini millesimo CCC. septimo X. quarta feria proxima post dominicam Reminiscere miserationum.

Orig. in M. Das Siegel ist verloren. — Bctm. 117.

XXVIII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunschweig verzeihen dem Kloster Neundorf das Dorf Querstede, am 3. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Dei gracia Otto dux et Agnes ducissa in Brunefwich, omnibus in perpetuum. Memoria hominum consulte iuvatur dum rei geste series litterarum testimonio perhennatur. Hinc est, quod notum facimus tam presentibus quam futuris quod — — donamus et appropriamus conventui sanctimonialium in Nigendorp villam Querstede cum omnibus suis attinentiis et appendiciis, villis, campis, silvis, pratis, pascuis et cum omni jure ac valitate quam nos in dicta villa hactenus habuimus, libere ac quiete perpetue possidendam, inhibentes ne quis successorum vel officialium nostrorum dictum conventum in proprietate ville predictae impedire presumat quoquomodo, quod ipsam ab omni jure advocatie sive precarie eximimus per presentes, ita tamen quod ibidem singulis annis anniversarius progenitorum et amicorum nostrorum infra-scriptorum videlicet inclitorum principum dominorum marchionum Brandeburgensium Wolde-mari, Hermanni, Ottonis Longi ac Johannis, nec non domine Margarete, ducisse Wratizlavien-sis et inclite domine Berte de Nenbeke certis temporibus sollempniter peragatur. Preterea post obitum nostrum Ottonis ducis et Agnetis ducisse predictorum noster anniversarius a dictis sanctimonialibus singulis annis peragatur perpetue cum solemnitate in divinis officiis debita et consueta. — — — Testes hujus donationis sunt Conradus de Osterborch, Albertus de Aluenfleue, Bertoldus de Veltum, Heyso de Vflere, milites, Fritso de Vincelberch, noster marscalkus, et plures alii fide digni. Actum et datum Lechede, anno domini M. CCC. vicefimo quinto, die invencionis s. crucis.

Orig. in M. 2 große runde Siegel, ziemlich gut erhalten. — Bctm. 119.